




...a te, et no pot  
...m me illi et...ores per  
no repellar: quia no fi...udicium


32.  
43.

Casa R  
Gab.  
Est.  
Tab.  
N.º 55-  
4

Siglo







CLAVDI PTO  
LEMAEI GEO  
GRAPHICAE  
ENARRATIONIS  
LIBRI OCTO  
BILIBALDO PIRCKEYM  
HERO INTERPRETE

Annotationes IOANNIS DE REGIO MONTE  
in errores commissos a  
JACOBO ANGELO  
in translatione sua,



*Da Libr. de Coll. Real*

*Argentoragi 1525*



AMPLISSIMO PRINCIPI AC REVERENDISSIMO  
DOMINO SEBASTIANO EPISCOPO BRIXINENSI,  
BILIBALDVS PIRCKEYMHERVS S. D.



Illi qui ante nos, Princeps amplissime, Ptolemæi Geographiæ manus adhibuere, ita suscepto vni fuissent officio, ut nil omissum videri posset, quod ad tam clarissimi scriptoris mentem explicandæ necessariū foret, plane superuacum hic meus esset conatus, utpote qui nil aliud, q̄z rem iam antea actā, iterū agere moliretur. Verum quum manifestius liqueat, q̄z negari possit, ex translationibus prioribus, vix umbram quandā Ptolemaicæ venustatis & eruditionis ad latinas peruenisse aures, opere preciū non defuturum existimauis, si et ego periculū facerem, num forsitan ceptū fœlicius mihi q̄z prioribus succederet interpretibus. Etenim cum duo (quantum scio) extiterint, qui librum hunc vertere sunt ausi, Iacobus nempe Florentinus, & Ioannes Berenherus conterraneus noster, Italus tamen, licet græca aliquantulū calluisse videri possit, disciplinas tamen Mathematicas ita ignorauit, vt plerūq; nec semetipsum intellexerit. Germanus yō, tametsi in Mathesi admodum excelluerit, in græcis tamen adeo aliquando hallucinatus est, vt rebus potius caliginem obfuderit, q̄z luminis aliquid attulerit. Ego vero, q̄z quis de eruditione mea, tam græca q̄z Mathematica, non admodū gloriari possim aut debeam, nullius tamen viri boni ac docti iudiciū in hac mea translatione formido, cum astipulante veritate affirmare ausim, illam & prioribus dilucidiorē, & magis ad Ptolemei accedere mente. Quia in re vel ynicus testis, Ioannes nep̄ de Regio monte, omnium Mathematicorū nostrę etatis facile princeps mihi sufficiet, autoritatē cuius in plerisq; me secutum esse, adeo non dissimulo, vt etiam fragmenta annotationum eius, que penes neminem, preterq; me fuere, his meis lucubrationibus adiungi voluerim. Qz quis eruditus quisq; potius mirari possit, quur nō longe plura notarit, q̄z q̄ tam pauca perstrinxerit, quod iij demum intelligēt, qui nostra cū Grecis, aut aliorum collaturi sunt editione. Sane si maledictus quispiā, aut inuidus labori huic meo obgannire ausus fuerit, ille sciat, me tot iam annis & in publicis & in priuatis attritū esse negotijs, vt non solum improborū maledicta & calumnias nō vereri, sed & magnanimiter contemnere didicerim. Saltem hanc (vt spero) in negocio hoc euitabo Sycophantiā, ne Romā (vt antea mihi accidit) ad dicendū fidei & Euangelij causam euocer, a viris merito laudandis, si tā idonei erunt ad restringendū immane hoc ab eis per Germaniā conflatum incendiū, quemadmodū antea fuerunt strenui ad suscitā dū. Quin nec mea refert, si quibusdam leuiora, q̄z existimatio mea, aut legalis admittat Scientia, egisse videbor, id enim quosdā susurrare iam audio, atqui hoc pridē non solū mihi, quū sacras quoq; tractarē litteras, sed longe etiā clarissimis obiectū esse viris scio, cui enim parceret inuidia? Verū cum nec gloriam (cuius iam me tenet satietas) venari cupiā, nec diuitias (quas mihi alioqui diuina benignitas vel abunde concessit) querā, nullum mihi studium vile erit, dūmodo sit honestū. Patiantur igitur suaves illi viri, animo me aliquantulū meo morem gerere, meisq; nō penitus aspernandis perfui delicijs, cum ne ego multifarijs eorū inuideā voluptatibus, forsitan ita fata tulere mea, vt dū alius alijs indulget oblectamentis, ego interim tanq; plane a negotijs feriatus, in pistrino me torqueā litterario, non sine bone valetudini dispendio, amicorū obiurgatione, vulgi deniq; risu & subsannatione, a qua nec olim militum meorū abstinuit petulantia, cū me in castris nonnunq; libellos manibus tenere, ac inter bellicū furorem lectioni operam impendere viderent. Persuasum enī habent Germani, literis animum effeminari virilē, nec quēquā manu strenuū pariter et eruditione clarum esse posse. Sed rideat quisq; vt lubet, meuq; tam ambitionis q̄z lucri subsannet contemptum, dūmodo et mihi studia honesta, nulli q̄z viro bono culpanda tractare liceat, quin vt magis mihi illudat emuli, sciānt nihil eque me post sacras litteras ac Mathematicas oblectare

disciplinas, sine quibus omnis philosophia, precipue  $\vartheta$ o Platonica manca est, etiā si illis longe adhuc abiectiones & inertiores videretur. Nō deerunt forsitan qui mihi ob hanc nauatam operā, bene prēcētur, prēcipue ij, qui haud difficulter intelligent, quantum mihi in ea laboris exhaustū, quantūq; tediū deuoratū fuerit, testabor & obiter me inter viuos ali quādo egisse. Proinde cum nihil in rebus humanis adeo perfectū & absolutū existat, vt omni caret menda, ac reprehensione, nec me lateat plerac; in hoc opere ita deprauata esse, vt haud quaç; vnico restitui possint momēto, vnuquēq; syncerū, & in Mathematis eruditum ac exercitatū, (nam alias manū ne admoueat) hortor & obsecro virum, vt si quid vel ob exemplariorē vitium, seu interpretis incuriam, aut scriptoris oscitationē, authoris menti parū respōdeat, rationibusue quadret mathematicis, candide illud emēdet, ac benigne corrigat. Etenim palā cernere est, non solū grēca, sed et latina, ex diametro fere inter se discrepare exēplaria, prēcipue vero in cōputatione numerorū, vbi ego fidem meā haud quaç; interpono, quū toties vitiantur, quoties ab indiligēti describuntur notario, nec mirū, cum grēca hæc elementa. Γ. S. S. eam inuicē referant similitudinē, vt plerūq; aliud pro alio substituatur, ac ideo vbi ternarius aliquān numerus legi deberet, ibi senariū aut sextantem adnotatū inuenies, & econuerso. Quin si ob scriptoris negligentia, nulla Γ. nota addita fuerit, iam pro tertījs duabus, vnicā solū intelliges. Talia itaq; cum multa passim occurrant, peculiarem tamen in libro octauo locū sibi vendicarunt, ibi enim plus q; in quadringtonitis locis, non diei longitudo, nō locorū a meridiano Alexandrino distantia, non solis transitus verticalis, cum veritate conueniebat, adeo, vt impossibile mihi fuisset, tot reparare mendas, ni omnino reiectis exemplaribus, ad veras & mathematicas configuisse rationes. Nec mirū si ob numerorum inuersionē tot errores in prophanas irrepserit literas, quū nec sacrē remanserint incontaminatē. Q; enim apud Marcum legitur Euangelistam, Saluatorē nostrū hora tertia affixū cruci fuisse, apud tres  $\vartheta$ o reliquos hora sexta, ob nullam aliā accidit causam, q; sub initiu scriptor parū diligens pro nota. S. interposuerit. Γ. quod cum in tanta numerorū contigerit varietate, quid delibrorū illorū censemētū erit certitudine, vbi cuncta non nisi numeris transfigūtur. Porro quantū temporis & laboris, in sola armillari cū orbe sphēra mihi insumptū sit, nemo nouit, nisi qui et ipse in similibus periculum fecit, ibi enim non solū numeri, sed & literarum notæ, linearū deductiones, omnia deniq; adeo deprauata ac inuersa erāt, vt penitus inter se dissiderent ac pugnarēt, planeq; coniectore aliquo indigerent. Verū ni fallor, ita restituta sunt singula, vt non minus authoris menti, q; rationibus quadrent mathematicis. Sane nec hoc silentio pretereundū, q; cuncta tā grēca q; latina, que mihi obtigere exemplaria, non nihil in distantia parallelorū a circulo variant equinoctiali. Ceterū ego eum secutus sum numerum, qui  $\omega\sigma\alpha\iota\gamma\epsilon\mu\mu\iota\kappa\iota\lambda\epsilon\iota\sigma\epsilon\iota\pi\tau\alpha\pi\tau\beta\alpha\lambda\lambda\lambda\sigma\iota$  (vt Ptolemei verbis utar) verior existit, licet si quis nos imitatus per mathematicas demonstrationes, aut rationes calculi, parallelorē nostro tempore distātiā a maxima solis declinatione, que partiū. 25. scrupulorūq;. 29. esse censemētū, sumere velit, nō paruā a prisca illa, quæ Ptolemei ētate partiū fuit. 23. scrupulorū vero, 50. varietatem deprehender, ob Edyptice forsitan octauī circuli motū. Hec ideo retuli, vt Geographiē studiōsis, cogitandi et inquirēdi occasiōne suggereārē, qui etiā ex Ptolemei istitutione, loca, que nostro quo exactiori cura & diligentia obseruata sunt, industria sua emendare curabunt, id si fieri breui Ptolemei nostri maiestatē ad pristinū suū nitorem restitutū iri cōfido. Ego quidē si Deus permiserit, nouas aliquādo tabulas edere constitui, meridianis equidistantibus, vt Ptolemæus iubet, et haud quaç; inclinatis, quo lōgitudo recte ex vtrac; tabule extremitate, cū latitudine, conueniat, conservabitur & certa parallelorū ratio, non solū cum meridianis, sed in vera quoq; ab equinoctiali distantia, ac quantitate diei, ijs locis pro fundamento positis, quæ nostro etiam tempore diligenter obseruatione sunt rectificata, quū haud quaç; sit obscurū, q; non quadret hac nostra ētate, in locis plerisq; maxime Danubianis, Ptolemaei consideratio tamē si non desit, quod illū possit, & ab errore & negligentia excusare, q; si aliter superis visum fuerit, non deerū tñ, qui his nostris insistētes vestigijs, ea que inuidia nobis denerunt fata, euentu absoluēt fœliaori. Ceterū vt tandem ad te Princeps illustris reuertar


(nā in Geographiē nū laudibus per se claris versari nil atinet) hunc labore meū nemini potius q̄ amplitudini tuę dedicandū esse censui, non solum ob precipuā, quā in mathematicis disciplinis tenes scientiam, necnō virtutes alias tuas innumerās, quae te & merito quidem citra ullum fortune subsidium in tanto collocarunt fastigio, sed etiā propter amici tiā nostrā vetustā, singularēq̄ animi tui fauorē, quo me multis iā prosecutus es annis, precipue quoties apud Inuitissimū & nunq̄ obliterandę memorię Cesarem nostrum Maximilianū, in patriæ causis Legati munere functus sum, tecq̄ presentem esse contigit. Quinetiā cum nuper in magno hoc conuentu imperiali, hac in yrbe celebrato, inter summos adesses principes, nec ego amplitudinem tuam officij gratia p̄e valetudine aduersa visitare possem, tu veteris non immemor humanitatis et consortij nostri, omni deposito fastu, vltro ad ædes meas accedere, ac tua me p̄esentia honorare ac solari voluisti. Qua propter vt & ego, eam saltem quā possem animi gratitudinē ostenderē, te vel tenui hoc demereri volui officio, quo & obseruantie in te meę pignus aliquod haberet, ac Ptolemeus noster tanto suffultus patrono, tutor in publicum exiret, & a vitiligatorū dentibus foret securior. Ea igitur Princeps colendissime, qua soles benignitate, animi potius obsequium, q̄ munusculi suscipie paruitatem, ac Ioannis de Regio monte, triangulorum, quos penes me vidisti libros, necnon eiusdē Theonis contra Trapezuntū defensionē, breui expecta, ac interim fōliciter viue, Norenberge, Kalendis septembrib. Anno Salutis nostrę M.D.XXIV.

## CLAVDII PTOLEMAEI GEOGRAPHICAE ENARRATIONIS LIBER PRI MVS, IN QVO HAEC CONTINENTVR

- 1 In quo differat Geographia a Chorographia.
- 2 Quānam sint ad Geographiam præsupponenda.
- 3 Qualiter ab stadiorū numero alicuius distatię rectę (licet non sub eodē fuit meridiano) ambitus huius stadiorum numeri sumantur & econtra.
- 4 Quod ea que ex apparētibus obseruata sunt, preferri debeat ijs, que ex peregrinationis comperta sunt historia.
- 5 Quod historijs nouissimis magis sit adherendū propter mutationes, que p tempora accident in terra.
- 6 De Geographica Marini enarratione.
- 7 Rectificatio distatię latitudinis terre cognitę ex apparētibus, secundū Marinū.
- 8 Eadem rectificatio ab emension itinerum.
- 9 Eadem rectificatio a nauigationibus factis.
- 10 Qz non oporteat Aethiopes supponere meridionaliores, q̄ sit parallelus oppositus per Meroem.
- 11 De ijs, que ad longitudinē orbis non recte a Marino sunt excogitata.
- 12 Emendatio longitudinis terre cognitę a peragrationibus.
- 13 Eadem emendatio a nauigationibus.
- 14 De nauigatione a Cheroneso aurea ad Cattigara.
- 15 De ijs, quae in particulari expositione Marini dissentiant.
- 16 Qz eum latuere quædā in prouinciarum terminationibus.
- 17 In quibus ipse dissentit ab ijs, quae nostro quo historijs sunt prodita.
- 18 Qz sint inutiles Marini cōpositiones ad designationem orbis.
- 19 De cōmoditate enarrationis nostrę ad designationem orbis.
- 20 De mensurazione incōcina Tabulæ Geographice, a Marino composite.
- 21 Quānam obseruanda sint in designatione fienda in plano.
- 22 Qualiter oporteat orbem in sphera describere.
- 23 Expositio meridianorū & parallelorū, qui descriptioni sunt apponendi.
- 24 Modus per quem orbis in plano ita describi possit, ut cōmensuratione similis sit positioni sphericæ.

IN QVO DIFFERAT GEOGRA  
PHIA A CHOROGRAPHIA.

CAPVT I.



E Ogrāphia imi  
tatio est  
picturæ  
toti par  
tis terræ  
cognitæ,  
cum ijs,  
quæ sibi  
quasi vni  
uersaliter  
sunt anexa.  
Differt  
autem a

Chorographia, nam illa per partes loca rese  
cat, seorsumqz singula & vnu quodqz iuxta  
se constituit, ac ferme omnia etiā minutissi  
ma illa, quæ deprehendere possumus descri  
bit, veluti portus, vicos, populos, necnon a  
primoribus fluminibus diuertigia, et his si  
milia. Geographiqz aut ppter est, vnā & cō  
tinuam terrā cognitā ostendere, quē admo  
dū se habeat natura et positione, eaqz solū in  
omnino dēphensiblioribus versatur descri  
ptionibus, veluti sinuū et ciuitatū magnarū,  
gentiū quoqz, & fluuiorū, necnō circa ea, q  
secundū specie vniuersiūqz sunt insigniora.  
Porro finis Chorographic' cōexione par  
ticulari cōtinet, veluti si quis aurē tantū aut  
oculū imitetur. Geographic' aut cōtempla  
tione totius, proportionaliter ijs, qui inte  
grū caput describunt. Quū enim omnibus,  
quæ supponūtur imaginibus, ppterue partes  
necessario atqz in primis adaptentur, ac etiā  
quæ picturas excepture sunt, distantij, suffi  
cienti remotione oculorū cōmēsuratæ esse de  
beant, siue perfectum sit quod pingitur, siue  
particulare, quo cuncta sensibiliter percipi  
valeant, rationabiliter simul & utiliter se  
quutum est, vt Chorographic' minutissime  
proprietas, Geographiae aut regiones ipse,  
cū ijs quæ vniuersaliter eis adiacet, attribua  
tur. Quoniā & primarię orbis partes. Regio  
nū nempe situs, tā magnitudine qz mēsura  
tione recte sunt, coordinate, at inter has ipsas,  
vt sese habeant, qz plurimqz sunt differētqz.

Versatur aut Chorographia ut plurimū  
circa quale magis disponendū, qz circa quā  
tū, siquidē vbiqz qualitatis curā gerit, at nō  
ita cōmensurationis positionū. Geographia  
aut circa quantū magis, qz circa quale, quan  
doquidē in omnibus diligenter proportionis  
distantiarū rationē habet, similitudinis  
vero vscz ad maximarū partū circūscriptio  
nes, & iuxta figuram ipsam tantū, vnde illa  
quidē locorū eget picturā, nemoqz eā recte  
exercebit, nisi vir pingendi gnarus, hæc vero  
nequaqz, nā per lineas etiā tenues, ac denota  
tiones tantū, positiones, et vniuersi figuratio  
nes ostendere potest. Quapropter illa quidē  
haud quaqz mathematico indiget īstituto,  
hic vero pars ea ppterue requiritur. Conside  
rare enī oportet, & totius terre figurā ac ma  
gnitudinē, necnon situm eius ad cœlū, quo  
cognita ipsius pars, quanta sit, & qualis, re  
censiari possit. Insuper & loca eius singula,  
sub quibz celestis sphære sita sint parallelis.  
Ex quibus & noctiū et dierum magnitudi  
nes, & quenam stellæ verticale fiant. Et  
que super terrā, queqz sub terra ferant̄ semp,  
ac omnia que de habitationis ratione cōnecti  
mus, percipi possunt. Que cuncta sublimissi  
me ac pulcherrimæ sunt speculationis, quū  
humanis deprehensionibus, per Mathema  
ticas rationes ostendi possit, quo pacto cœ  
lū ipsum natura se habeat, quoniā nobis ma  
gna ex parte cōspicuū esse potest. Terra autē  
per imaginē, quia licet certa sit & maxima,  
non tamen nos cōcūambit, neqz tota simul,  
neqz particulatim ab eisdē hominibus pera  
grari potest.

QVAENAM SINT AD GEO  
graphiam presupponenda

CAPVT II.



VIS igitur finis sit  
eius, qui Geographiā  
exercere velit, ac i quo  
differat a Chorogra  
phia, p hec quasi sum  
matim h̄e notatū. Cū  
vero in presentiarū sit  
propositū, nostre ha  
bitabilis describere orbē, vt qz maxime cū  
veritate congruat, necessarium arbitramur

mittere, pegrinationis historiā esse, q̄ noti-  
tiā p̄stet ad institutionē talē, utpote que plu-  
rimū afferat cognitionis, ex traditione eorū,  
q̄ p̄diti sc̄ientia speculatiua, regiones p̄ticulari  
peragrariūt. Quodq; cōsideratio ac traditio  
hec partī sit geometrica, partim vero superio-  
rū constet obseruatione, siquidē ad Geome-  
triā spectat, q̄ per subtile distantiarū dimen-  
siones, locorū inter se positiones reddātur  
manifeste, ad obseruationē aut superiorū, q̄  
idem fiat per apparentia, ex instrumētis, qui  
bus astra & vmbra obseruātur, quod et p̄fes-  
ctius est & certius, alterū aut difficultius, ac il-  
lius indigens ope. Primū enim quū necessa-  
rium existat, vt supponatur, secundū vtrūq;  
modū, ad quānam mundi positionē, duo-  
rū locorum inquisitorum distanciā vergat.  
(nō enī simpliciter, aut solū hoc scire opor-  
tet, quantum locus unus distet ab alio, sed  
quonā versus, hoc est vt dicere sciamus, nū  
ad septētrionē, aut ortū, siue ad partiliores eo-  
rū inclinationes tēdat) impossibile est, exacte  
hoc considerare, absq; obseruatione, que per  
predicta sit instrumēta, per que in omni lo-  
co ac tēpore facile, & lineę meridianę positiō  
ostenditur, et per ipsam ignotę locorū distan-  
tię. Inde & hoc concedi necesse est, dimensionē  
que p̄ numerū fit stadiorū, haud quaç  
certā nobis iuxta veritatē p̄bere deprehēsi-  
nē, quoniā raro in vias rectas incidere conti-  
git, propter circuitus varios, qui & cunctib;  
et nauigantibus occurtere solent. Et quia ne-  
cessē est, ad rectitudinē inueniendā, id, quod  
in vijs, tā ex qualitatibus, q̄ ex quātitatibus  
redundat, cōiecturādo tantū, ab integris sub-  
trahere stadijs. In nauigationibus aut vento  
rū flatus, qui vt plurimū vires easdem haud  
seruant, ad dijudicandū penitus norma ca-  
rent. Insuper licet distantia quedā inter duo  
loca emensa exacte cognita fuerit, nō ideo ta-  
men ratio ipsius ad totius terrae ambitū, nec  
positio, vtrū ad equinoctialem seu polos ten-  
dat, patebit. Dimensionē vero que sit per cœli  
apparentia, certā de singulis his cognitionē  
affert, ostenditq; qualēna circūferentias in-  
uicem per loca subiecta descripti intercipiāt  
circuli, parallelicq; et meridiani, hoc est paral-  
leli circūferentias, que incident inter p̄los, &  
equinoctialis & meridianorū, illi aut eas, q̄  
continēt ab ipsis, & equinoctialis, & paral-  
lelorū, ac etiā quale circūferentia duo interci-  
piāt loca, circuli illius, qui in terra maximus

scribit. Nihil deniq; stadiorū indiget dimen-  
sione, siue ad rationē earū partiū, quæ a  
terra sunt, siue ad descriptionis circuitū uni-  
uersum, sufficit enī supponere ambitū tellu-  
ris in partes quotquot voluerimus, per toti-  
dēq; partes ostendere distancias in circulis  
maximis, super telluris superficie descriptis.  
Sed forsitan ad diuidendū nostris dimensio-  
nibus totum ambitum, aut partes illius in  
subiecta ac nota interualla hec minus suffici-  
ent. Ideo huius rei gratia solum, necesse fuit  
viam quandā rectam adaptare, circūferentie,  
que iuxta continentia, similis esset maximo  
circulo, ac rationē huius sumere, ad circulū  
qui sit ex apparētibus, stadiorū yō numerū,  
qui sub ipsa continetur, ex dimensione quæ  
fit a parte data, sicq; multitudinē stadiorum  
totius ambitus demonstrare. Cum enim ex  
mathematicis p̄supponatur, continua et ter-  
re & maris superficie, quasi per totas partes  
esse rotundam, & idem centrum habere cum  
sphera cœlestiū, sequitur etiā, singulas ipsi  
incisiones cōmunes, que ex centro in planū,  
necnō ex dictis emittuntur superficiebus, ma-  
ximos in semetipsis facere circulos, angus-  
tissimq; in ipso plano ad centrū cōclusos, simi-  
les circulorū intercipere portiones, distanciā  
rū earū, que in terra sunt, ac ideo quantitatē  
stadiorū, vbi directa fuerint, ex dimensioni-  
bus accipi posse, rationē vero que ad totū est  
ambitū ex ipsis quidē nullatenus, propter de-  
fectū pertingentie parabolę. A simili autem  
circūferentia circuli cœlestis, recte sumuntur,  
quoniā ratio illius ad propriū ambitum de-  
prehendi potest, eadē aut fit & a simili parte  
circa terram, ad circulum in ea maximum.

QUALITER A STADIORVM NV-  
MERO ALICVIVS DISTAN-  
TIĘ rectę, licet nō sub eodē sit meridia-  
no, ambitus huius stadiorū nu-  
meri accipiat & econtra

## CAPVT III




VI ante nos fuerūt,  
non solū rectā distan-  
tię in terra inquire-  
bāt, vbi maximi circu-  
li facit circūferentiam,  
sed eā, quoq; , q̄ posi-  
tionem in vnius meri-  
diani plano haberet,

per Sciothescopum obseruabat signa duo, quæ super verticem erant distantiæ, iuxta circuferentiam, quæ ibi sub ipsis intercipiebatur meridianis, quæ similis esset itinere, quūq; hęc singulatim, ut diximus, in plano constituebantur, lineæ recte, q; per extremitates ad signa; quæ super verticem erant egrediebantur, inter se cōcurrebant, quia centrū circulorum, cōmune erat coincidentię signū. Quanta igitur apparet circuferentia, quæ inter signa erat verticalia, ac pars esset circuli, qui per polos scribitur, tantā etiā supponebant in terra distantiā ambitus totius. Vnde si etiā non per polos circulū secundū dimēsam sumpserimus distantiā, sed a quolibet maximorū, proposū ostendi potest. Idē nobis patebit, si per instrumentū, quo sublimiora considerātur, elevationes poli in terminis fuerint obseruatae, necnō positione animaduersa, quā distanția ad aliū habet meridianū. Per quod etiam Meteoroscopū multa alia utilissima facile deprehendere possimus. Sed et quolibet die et nocte iuxta obseruationis locum elevationem poli Borealis, omniq; hora sitū meridionalē, necnon habitudines declinationū ad ipsum, hoc est, quales faciat angulos per viam descriptus circulus maximus cū meridiano, ad signum quod est super verticem, per quos similiter quesitam circuferentiam ex ipso ostendimus Meteoroscopio, & eam quoq; quæ inter duos intercipitur meridianos, quū alij fuerint ēq; equinoctialis paralleli. Ita ut per talem modū, si solum distantiā una recta in terra fuerit dimensa, totus etiam numerus stadiorū, quos ambitus continet, inueniri possit. Per hęc inde reliquū, necnon aliorum itinerū interwalla, etiā sine dimēsione cognoscuntur, licet non penitus fuerint recta, necq; sub eodē meridiano aut parallelo constituta, dūmodo id quod ad omnem inclinationem proprium est, diligenter accipiantur, pariter & terminorum elevationes obseruentur. Rursus etiā per rationem circuferentię, quæ distantiam extendit ad circulum maximum, stadiorum quoq; multitudo a deprehensō totius terrae ambitu facile considerari potest.

QVOD EA QVAE EX APPARENTIBVS OBSERVATA sunt, præferri debeant ijs, quæ ex peregrinationis comperta sunt historia.


## CAPVT. IIII.



GI TVR quū hæc ita se habeant, si ij, qui particulati in regiones peragrarunt, talibus quibusdam obseruationibus usi fuissent, certam penitus orbis descriptionē facere potuerint. Verum quū solus Hipparchus, nobis paucarum ciuitatum (respectu tantæ multitudinis, quam in Geographia designatae necesse est) elevationes poli Borealis tradiderit, easq; eidem subiectas parallelo. Quisdam vero cum illis pariter loca quedam opposita, non quæ equaliter ab æquinoctiali distarent, sed quæ plane sub eodem essent meridiano, ex eo q; mutatio eorum navigationes secundū, ad arctum vel notum tenderent. distantiæ vero q; plurimæ, & præcipue illæ, quæ ad ortum vel occasum vergunt, imperfectiorē assequuntur traditionem, non incuria eorum, qui historias considerunt, sed ideo forsitan, quia considerationes mathematicæ nondū exactæ erant perceptæ, nec adhuc multæ defectiones Lunares eodē tempore, in locis diuersis obseruate fuerant. Nā litteris mandatum est Eclipsim eam, quæ hora quinta in Arbelis accidit, Carthagini aperte esse secunda. Ex quibus manifestū redit, quantis temporibus equinoctialibus inter se loca distent, ad ortum vel occasum. Rationabile quoq; erit, & his consequens, eum qui Cosmographiam tractare velit, ea loca, quæ per diligentiores obseruationes deprehensa sunt, designationi sue tangentib; fundamenta quædam presupponere, quæ vero ab alijs tradita sunt, his adaptare, quousq; positiones eorum inuicem, cum ijs, quæ prius fuerunt obseruata, tanq; traditionibus certiora, potissimum congruant.

QVOD HISTORIIS NOVISSIMIS  
magis sit adherendū, ppter mutationes  
que per tempora accidunt in terra

## CAPVT. V.



GITVR descriptio  
nis aggressio, tali forsi  
tan cōtinet pposito,  
verum quū in omni  
bus locis, que non pe  
nitus vel propter ma  
gnitudinis excessum,  
vel quia nō semp eodē  
se habeāt modo, dēphensa sunt, semper vñ  
quodq; tēpus historiā, tanq; certiore pferre  
sol et, ita etiā in Geographia accidit. Cōstat  
enim per ipsas temporū traditiones, multas  
partes continentis terre, que a nobis habitāt,  
nondū propter difficilē magnitudinis pera  
grationem ad notitiā peruenisse. Quasdam  
vero non tales ac fertur esse, eorum culpa qui  
historias exceperunt fabulosissimas. Non  
nullas aut nunc longe aliter q; olim habere,  
vel propter particulares earū deuastationes,  
v; etiam immutations. Vnde necesse est, vt  
ibi nouissimis tēporis nostri traditionibus,  
penit' quasi adheremus, obseruātes obiter  
et historiē antiquae expositionē, necnō præ  
dictorū dijicationē, vt lique possit, qd  
fide dignum, quidue sit erroneum.

DE GEOGRAPHICA MARINI  
enarratione

## CAPVT. VI.



ARI NVS itaq; Ty  
rius, nouissimus eorū  
qui nostro fu runt tē  
pore, pti huic summo  
studio īcubuisse vide  
tur. Patet enim pluri  
mas eū historias euol  
uisse, vltra eas etiam  
que prioribus cognitē fuerant temporibus,  
ac scripta fere omniū qui eum pcessere, dili  
gentissime percepisse. Quoniam ea que mi  
nus decenter, tā a priscis illis, q; a semetipso  
credita fuerant, decenti primū rectificatione  
exornauit. Quemadmodum ex editionibus

ipsius, emendationis tabule Geographicæ,  
nam plures sunt, considerare licet. Proinde  
si cerneremus, nihil in ultima sua deesse cō  
positione, possemusq; ex solis monumentis  
illis, orbis designationē perficere, nullū vte  
rius in hac re labore suscipieremus, verū cū  
manifeste liqueat, quedā eum cum minus  
fide digna pceptione collegisse, sepius prete  
rea in descriptionis institutione, nec facilita  
tis, necq; dimensionibus debitam curam ha  
buisse iuste moti sumus, vt viri huius nego  
cium suscepū, quantū opere preciū arbitra  
mur, ad rationabiliorē et utiliorem reducere  
mus modū. Quod quidē q; succinctius pos  
simus, facere conabimur, cōsiderantes, breui  
bus nos ea, q; ad vtrāq; speciē conferūt, ratio  
ne quadā consequi posse. Ac primū quidē  
ab historia initiū faciemus, secundū quā ex  
istimat ipse, & longitudinem terræ cognitā  
plus ad orientem, latitudinē v̄o ad meridiē  
pduci oportere. Deinde forsitan non inepte  
totius superficie distantiā, ab ortu occasum  
vscq; longitudinem, eā v̄o quā est ab arcto,  
meridiē versus latitudinem vocabimus.  
Quoniā & parallelos, iuxta motū coelestem,  
eodē appellabimus nomine. Sed & vniuer  
saliter quidē distantię maiori, recte, longitudi  
ne est attribuenda, siquidem plane hoc ab  
omnibus concessum est, q; orbis terrarum  
distācia, ab ortu versus occasum, lōge maior  
existit, q; ea que a septētrione est ad meridiē.

## RECTIFICATIO DISTANTIAE

latitudinis terre cognitę, ex apparētibus  
secundum Marinum

## CAPVT. VII.



RIMVM igitur la  
titudinis terminū p  
supponit ipse Thylē,  
sub parallelo, qui bo  
realissimā terræ nobis  
cognitę pte segregat.  
Parallelū v̄o hunc de  
mōstrat ab egnoctiali  
distare ad summū partibus. 63. qualium est  
circulus meridianus trecentarum sexaginta.  
Stadijs vero milibus triginta, ac insuper  
mille quingentis, ita, vt pars vna quingenta  
ferme cōprehendat stadia. Deinde Aethio-

pū regionem, q̄ vocatur Agisymba, & Pras-  
sum p̄montoriū, sub eo ponit parallelō, qui  
australissimū terre cognitē fīnit terminū,  
quē etiā sub hyberno ponit tropico. Ita ut se-  
cundū ipsum, tota orbis latitudo, iūcto tro-  
pico hyberno, p̄tū fiat octuaginta septē, sta-  
dia vero cōbleat quadraginta & tria millia  
quīgenta. Qui etiā rationabile finis australis  
demonstrare conat̄, p̄ apparentia qdā, vt ipse  
putat, necnō p̄ itinera, q̄ & terra & mari hi-  
storīs sunt prodita, quæ singula quasi ex  
transcurso consideranda erunt. Sane in enu-  
meratione apparentiū, cōpositione sua tertia,  
ita ait. Zodiacus in zona torrida totus sup  
ipsam appetet, quapropter in ea trāsmutant̄  
vmbre, ac omnia astra occidunt et oriuntur.  
Sola aut̄ Vrſa minor tota supra terrā appa-  
rete incipit, in borealioribus Ocele, stadijs  
quinq̄ milibus quingentis. Parallelus enī  
per Oceā p̄tibus eleuatur vndeclim ac quīta  
duplici. Ab Hiparchio aut̄ traditur, minoris  
Vrſe stellā australissimā, vltimā aut̄ caudae,  
a polo distare, partib⁹ duodeci, quītisq̄ dua  
bus. Porro ijs inquit, qui ab æquinoctiali ad  
estiuū progrediūtur tropicū, polus borealis  
sem̄ plus supra horizontē attollitur, austra-  
lis vero plus sub horizonte deprimit. Qui  
vero ab æquinoctiali ad brumalē pergūt tro-  
picū, ijs polus australis supra horizontē ele-  
uatur. Borealis vero sub horizonte mergit.  
Igitur per hēc solū exponit, quē accidere de-  
bent locis, q̄ sub æquinoctiali sunt, vel inter  
tropicos posita. Atqui, si etiā ita se habeat hi-  
storia, apparētia tñ in locis, æquinoctiali au-  
straliorib⁹, nequaç̄ apposuit, veluti quenā  
stellē super verticē fiant, in locis illis, q̄ equi-  
noctiali sunt borealiora, aut quantū ad au-  
strū declinent vmbre meridianē in æquino-  
ctijs, vtrūue Vrſe minoris stellē omnes oriā-  
tur aut occident. Ac rursus qnā ex ipsis peni-  
tus nō appareant, quū polus australis super  
horizontē eleuatur. In ceteris inde dicit, qdā  
obseruata esse apparētia, verū nec illa propo-  
sitū vlo pacto ostēdere possunt. Ait enī eos,  
qui ex India in Lymyricē nauigant (quēad-  
modū narrat Diodorus Samius in tertio)  
Taurū in medio habere coelo. Pliades vero  
secundū antemnas medias. Qui x̄o ex Ara-  
bia in Azaniam feruntur, nauigationē diri-  
gere ad meridiē & stellam Canobū, quē ibi  
Equus vocatur, estq̄ australissima. Cæterū  
astra qdā apud illos appetet, quæ apud nos  
ne nominantur quidem. Canisq̄ Anticane

prior oritur, & Orion ante cōueriones esti-  
uas totus. Ex his igitur stellis apparētibus,  
qdā manifeste ostendūt, quenā habitatiōes  
æquinoctiali sint borealiores, veluti Taurus  
et Plias, quē super uerticē fiunt, nā astra hec  
æquinoctiali sunt borealiora, qdā aut̄ nihilo  
magis borealiorib⁹ australiores esse demon-  
strant. Canob⁹ enim appetere potest etiam  
ijs, qui longe estiū tropico sunt septentrion-  
aliores. Multæcq̄ stelle, quē semper apud  
nos sub terra sunt, in locis quæ nobis ma-  
gis sunt australiores, ac etiam ijs, qui æqui-  
noctiali sunt borealiores, veluti ijs, qui cir-  
ca Meroem habitant, super terram fiunt.  
Quēadmodū Canibus ipseq ui nobis bo-  
realioribus hic minime appetet. Et hūc qui-  
dē meridionaliores, & nullū alium, qui no-  
bis sit incognitus, Equū vocat̄. Adjicit &  
ipse mathematicis rationibus deprehensum  
esse, Orionē totum ante cōueriones estiūas  
appetere, ijs qui sub æquinoctiali habitant.  
At Canis oriri incipit, priusq̄ Procanis, ijs,  
qui sub æquinoctiali habitat, et ab ipsis Sye-  
nē vīc̄, ita, vt nec horū quoq̄ apparentium  
peculiare existat, ostendere habitationes ali-  
quas, æquinoctiali esse australiores.

#### Eadem rectificatio ab emen sione itinerum

### CAPVT VIII




**R**O INDE in iti-  
nerū emensione, dum  
per terram singulatim  
p̄fectionum cōputat  
dies, a Leptī magna,  
vsc̄ ad regionē Agi-  
symbam, hanc æqui-  
noctiali australiorem  
esse stadijs quatuor milibus sexcentis octua-  
ginta colligit. Rursusq̄ secundū dies nau-  
igationis per mare, a Ptolemaide, quæ est in  
Troglodytica, ad Prassum promontorium,  
æquinoctiali id australi⁹ esse colligit, stadijs  
viginti & septē milibus octingētis, ita vt &  
Prassum p̄montoriū, et Agisymbam regio-  
nē, quē Aethiopū est, & quē, vt ipse dicit, nec  
dū Aethiopiā ab austro disternat, ad op-  
positū eorū p̄ducat, qui gelidā inhabitat zo-  
nā. Sigdē viginti Septē milia & octingēta sta-  
dia, cōstituūt, in æquinoctiali p̄tes quinquagi-

ta quinq; et tertias qninq;, quot & ab altera æquinoctialis parte distat, ac sub similis frigiditatis qualitate, Scythe degunt & Sarma te, qui septentrionalia Meotidis incolunt paludis. Contrahit igit & ipse numerū expositorū stadiorū in summam dimidio minore, hoc est in stadia duodecī milia, qd ferme hyemalis tropicus distat ab æquinoctiali. Addit & cōtractionis huius solūmodo diversiones a vijs rectis, necnon irregularitates itinerum causas esse, obmissis potionibus & prōptioribus, ex quibus nō solū diminutio necessaria videtur, sed etiā vt ad tam paruū redigatur numerū. Primū enī de itinere quo a Garama ad Aethiopiā itur, Septimiū Flacū ait, qui in Libya militauerat, a Garamātib⁹, ad Aethiopes, quū ad meridiem perrexisset, trium mensū spacio peruenisse, Iulum yō Maternum a Lepti magna, quū Garamātes ex Garama Aethiopes inuasiſſent, mensibus quatuor ad Agisymbā Aethiopū regionē applicuisse, quū iter semper ad meridiē direxisset, quo in loco Rhinocerotes cōgregant. Quē vtracq; etiā per seſe incredibilia ſunt, & quia Aethiopes interiores, non tantū a Garamātibus segregantur, vt trimetri distet itinere. Quū iā ipſi potius Aethiopes existat, et eundē quē & illi habeant regem. Et quia penitus ridiculum est, incursionē regis cōtra subditos ſuper vnam distantiam ſolam factā fuiffe, nempe a septentrione ad meridiē. Quū gentes ille, vtrincq; & ad ortum & occasum latiflīme extendant, ac nullibi eum moras relatu dignas feciffe. Quapropter certū eſt, viros illos falsa nunciasſe, aut ſic ad meridiem dixiſſe, quēadmodū indigenę dicere conuerunt in austrum, aut in Aphricum proceriori, eo quod magis notum eſt abutentes.

#### Eadem Rectificatio a nauigationibus exactis

### CAPVT · IX ·



**O S T E A** de nauigatione inter Aromata et Raptis, Diogenē quendā ait, qui in Indiam nauigarat, ac secundo fuerat reuersus, quum prope Aromata, nauigasset a Septentrione

arreptum eſſe, quūq; Troglodyticā a dextra habuiffet, diebus viginti quīq; ad paludes, ex quibus Nilus fluit, applicuiffe, quib⁹ Raptorū promontoriū paululum eſt australius. Theophilum aut̄ quendā ex ijs, qui in Azamā nauigare cōſueverunt, a Raptis ſoluſſe, ac austri flatu, die vigesimo ad Aromata perueniſſe, verū neuter horz, quot dierum nauigatio illa eſſet, aperuit, ſed Theophilus ſe die vigesimo illac applicuiffe, Diogenes vero diebus viginti quīq; Troglodyticam p̄ter nauigasse dixit, ſolum referētes, quot diebus nauigallent, minime aut̄ aduertētes, qd diez nauigatio illa, propter ventorū in tāto tempore irregularitatē & imutationem eſſet. Neq; vtrum tota nauigatio illa ad septentrionē, aut meridiem facta fuiffe. Verum Diogenes ſe tantum septentrione impulſum eſſe, Theophilus aut̄ ſolum auro nauigasse reſtulit, reliquā autē nauigationem, qd eundem ſempertenore ſeruauerit, neuter dixit. Q, enī naues ille tot dieb⁹, eodē fuerint impulſe vēto, haud quaç; eſt credibile, ac ideo diſtantiam eam, quā Diogenes, inter Aromata et paludes, quib⁹ Raptum promotorium australius eſt, viginti diebus exegit. Theophilus qd diei ac noctis nauigationē, mille eſſe ſtadia ſuppoſuit, cui rei licet ipſe aſtipuletur, ait tamē nauigationē eam, qd a Raptis ad Prasum promotorium ac multorum eſt dierum, quīq; milium tātum a Dioscoro ſtadio rē ſupponi, quū facile, vt par eſt, venti ſub equinoctiali mutātur, ac ideo ſecundum ipſum etiā ſolis transitus ad obliqua celeriores poſnuntur. Ob hec igitur magis decuiffet, vt relate diez multitudini, fidē haud p̄ſtitifſet. Et ideo etiā, qd omnium manifestiſſimum eſt, qd Aethiopes & Rhinocerotum cōueniū ex oppoſito gelide cōſtituit zone, quum ratio ipſa dictitet omnia, qd ſub eadem aeris qualitate poſita ſunt, eſſe ſimilia, ſiue plantæ ſint, ſeu animalia, imitaricq; ſimilitudines coeli, que ſub eisdem ſunt parallelis, aut illis qui equaliter ab utroq; diſtāt polo. Quapropter Marinus, ſolum vſcq; ad tropicum hybernū cōtraxit diſtantiam, nulla rationabili cauſa de cōtractionis quātitate redditā. Q, ſi quis & dierū numerum & ſeriē acceptaret peragrationum, quemadmodū ipſe fecit, heccq; ſeruaret quantitatē ſolum diurnorum ſtadiorē

preter modum et cōsuetudinē minueret, anteq̄ terminus ad eū perueniret parallelū, ad quē ipse venire censet oportere. Atqui contrariū potius sequi deberet. Nempe ut possibiliter diurne peragrationis crederetur, tenori autē perpetuo tā iuxta equalitatē, q̄ secundū positionem, minime fides adh̄iberetur, tāq̄ impossibile existat, ut distantia inquisita per haec accipi valeat, aut illud solū, q̄ ea maior fiat sub equinoctiali, verū rectius ab aliquo corū, quē manifestius apparent, deprehendi potuisse, tale enī longe fuisse certius, si quis magis mathematicalius cōsiderasset, quē regionibus illis accidere solent. Verū cū historia talia prestare nequeat, reliquum est, ut a simplicioribus plenius consideretur rationabile quantitatis vltra equinoctialē egressio- nis. At illa per formas & colores animaliū, quē in locis illis sunt, p̄cipi potest. Vnde se- quitur, parallelū per Agisymbā regionē, quē sine controuersia Aethiopū est, nequaq̄ ad hybernū vscq̄ pertingere tropicum, sed citra equinoctialē potius terminare, nō enī apud nos in oppositis locis, hoc est, sub tropico estiuo, homines iā Aethiopū colores habēt, neq̄ Rhinocerotes sunt, aut Elephantes, sed in haud multū illis australioribus modice existunt nigri. Quēadmodū qui intra Syene triginta habitant schoenis, qualesq̄ sunt Garamātes, quos Marinus ob hāc causam, nequaq̄ sub tropico estiuo, neq̄ eo borea- liores, sed prorsus australiores sedes habere inquit, in locis v̄o circa Meroem, iā satis co- lores sunt nigri, & primum Aethiopes meri- ibiq̄ Elephantū ac mirabiliorum animaliū pascitur genus.

QVOD NON OPORTEAT  
Aethiopes supponere meridionaliores, q̄  
sit parallelus oppositus per Meroem.

## CAPVT X.




VAPROPTER  
bene habet vscq̄ huc,  
idest Aethiopes vscq̄,  
quemadmodū nobis  
traditiō historiæ de  
monstruosis, quæ in  
illis degunt oris expli-  
cat, cōstatq̄ Agisym

bā regionē, & Prassum promontoriū, cū ijs quē eidem subiacent parallelo, describendā esse, sub eo ferme, qui ipsi opponitur p Meroem, hoc est, qui ab equinoctiali meridiem versus distat partibus æqualibus sedecim ac tertia vna cū duodecima, stadijs vero octo milibus ac ducentis fere. Ita ut si tota latitu- do exactius colligatur, partes sint nouē & septuagīta tertia vna cū duodecima, vel inte- gre octuagīta, stadia v̄o milia quadraginta. Credendū pr̄terea, distantia eā, quē est inter magnā Leptim & Garamā, quemadmodū et Flaccus & Maternus supposuerūt, stadio rū esse quinc̄ milium quadringtonitorum. Siquidem viginti dies secundi sunt itineris plus q̄ primi abbreviati, tā ad meridiem q̄ ad septētriones, quū primum propter diuer- siones dierū sit triginta, nā & stadiorū nu- merū diei vniuscuius q̄, eos qui loca illa pa- grarunt, sepissime annotasse ferunt, nō solū quia ita cōmodū, sed & propter aquationū distantias necessariū fuerit. Proinde quēad- modū de vijs magnis et rarīs dubitate opor- tet, p̄cipue vbi distantie emense haud con- cordant, ita de non magnis, sed sepius & a multis peragrandibus vnanimiter relatis, cre- dere decet.

DE IIIS, QVAB AD LONGITUDI-  
NEM ORBIS NON RECTE  
A MARI NO SVNT  
EXCOGITATA

## CAPVT XI.



GI TVR ex his nobis  
plane factū est perspi-  
cuū, quantū orbis lati-  
tudo extendi possit, lō-  
gitudinem vero Mari-  
nus contineri facit sub  
duobus meridianis, q̄  
interualla horaria dis-  
terminant, quindecim, nobis vero videtur,  
et ea quoq̄ distantie mensuratio, plus exten-  
di ad ortum q̄ oporteat, etenim si hic quoq̄  
contractio facta fuerit rationabilis, tota lon-  
gitudo non integris duodecim interuallis  
horarijs constabit, quū insule Fortunate o-


nā revinta

cidentalissimo termino cōstituantur aequales, orientali aut īmanissime partes Seræ, ac Sine, necnon Catic aræ, porro in distantia, quæ est ab insulis Fortunatis ad Euphratis transitū, p Hieropolim, si parallelus, qui per Rhodū est, obseruetur, quadrabit numerus stadiorū per singula loca ab ipso relatus, nā id ex frequenti itineris vſu cōpertū est. Qui etiā si ex maioribus ratiocinatū fuerit distan- tias, apparet, eū in rectificatione illius, qd propter diuerticula et profectionū redundabat irregularites, debitum assequutū esse. Sed & in hoc quoq; recte sentit, partē vnam qualiu est circulus maximus tricentorū sexaginta, qui in terra constituere stadia, id enim confessis dimensionibus cōsonum existit. Circūferentia aut ipsi simile, paralleli eius, qui per Rhodū transit, hoc est qui ab equinoctiali abest pribus triginta sex, quadringenta fere cōprehendere stadia, nam id quod iuxta consentaneā parallelorū rationē superat, quū in exactiori dephensione modicū existat, obmittendū est. Ceterū distantia eā, quæ a pdicto Euphratis transitu, vſq; ad turrim est lapidea, ac per ipsum esse colligi Schoenorum octingentorū septuaginta sex, stadiorū vero viginti & sex miliū necnō ducentorū octuaginta. Eam præterea quā ipse a lapidea turri, vſq; ad Seras, que Serū est metropolis, viæ septimestris esse, stadiorum aut triginta sex miliū et ducentorū asserit, vtrāq; tanq; sub codē parallelo, secundum institutū nostrū, in debitā contrahemus rectificationē. Quandoquidē constat, eū in ambob; itineribus nequaq; minuisse id quod ppter diuerticula supabundabat. Quin in secundo etiā itinere in eosdē incidiisse errores, quibus et in itinere a Garamantibus vſq; ad regionē Agisymbā, lapsus est. Nam et ibi quoq; collectiū stadiorū numerū mensū quatuor, et dierū quatuordecī plus q; in dimidiā parte contrahere fuit coactus. Quū incredibile sit, tā longo tēpore continua peregrinationē factā fuisse, vt rationabiliter spaciū septē mensū attingere potuisset, & multo magis q; in itinere a Garamātibus, nā illud a regionis illius Rege, cū prouidentia, vt par erat, & nō fortuito pagrari potuit, sed & ppetua ibi fuit tranquillitas, via aut q; est a turri lapidea ad Seras vſq;, vehementissimis obnoxia est tēpestatis. Nā ex ijs, quæ ipse supponit parallelis, illis qui p Hellestantū & Byzantium transirent, subiecta est. Quapropter multa

etiā in eūdo moras accidere necesse fuit. Nā et per negotiacionis occasionem cognita est. Refert enim marē quendā, qui et Titianus vocabatur, virū Macedonē, ac patre mercato re natū, dimensionē hanc conscripsisse, licet ipse nunc ad Seras accessisset, sed solū qsdā illac misisset. Atqui & ipse Marinus mercatorū historijs nequaq; fidē adhibere videt. Nam Philemonis relationi, qua longitudinem insule Hiberniae ab ortu occasum vſq; viginti dierū esse tradidit, haud quaq; astupulatur, quoniā videatur hoca mercatorib; p̄cepisse, quos mercatura occupatos, veritatis indagationē haud curare ait. Quin sepius distantias arroganti quadā iactatione augere. Proide de peragratione ista, mensū septē, nil aliud memoratu dignū, q; quāta fuerit, ab ijs, qui illā exegerat, relatū esse, mōstro simile, ob temporis prolixitatem esse videtur.

### EMENDATIO LONGITUDINIS TERRAE COGNITAE A PEREGRINATIONIBVS

### CAPVT XII.




ROPTER hēc itaq; et quia iter non sub vno sit parallelo. Sed turris lapidea posita sit circa eū, qui per Byzantium, Serē aut magis australis, sub eo, qui per Hellestantū scribitur, rationabile visum fuisset, & hic quoq; multitudinē stadiorū, que ex septimestri collecta est itinere, triginta sex miliū ac ducentorum, minus q; in semissē diminuere. Ceterū in dimidiū tanq; plenioris dephensionis gratia tantū contrahaf, ita, vt exposita distantia esse cōputetur stadiorū decē et octo miliū, ac cētū, necnō quarte vnius, partiū vero quadraginta quinq; ac quarta vna. Etenī absurdū esset, & satis a ratione alienū, vt q; in vrraq; via tantā supponeret diminutionē, ac in illa ab Garamantibus, quia argumenta resistarent, hoc est, propter differentias animalium que per Agisymbā sunt regionē, ac loca naturalia transcendere nequeunt, ipsius sequeret opinionē, in illa tñ via, q; est a turri lapidea,

ea quæ rationi sunt consona acceptare nolle, quoniā ibi nullū tale esset argumentū, ex q̄ simile quid sequeret. Sed per totā distantiam, siue ea maior existeret siue minor, similē esse cœli qualitatē cōtenderet, ac si quis nequaç̄ recte per modū philosophiq̄ peculiare conjectare posset; nisi in ijs, quæ penitus manifesta essent. Proinde distantia prior, ea inquā, quæ ab Euphrate ad lapidea est turrim, octi gentorū septuagita sex Schoenorū, proprie viarū diuerticula, ad octingentos Schoenos tantū, stadia vero viginti quatuor milia contrahenda est. Credatur enī ei, q̄ in cōtinuitate illa, & per partes cōmensuratas, iāq̄ peragras, verā assequutus sit dimensionem, q̄ vero diuerticula habeat plurima, ex ijs manifestum est, quæ Marinus ipse supponit. Cōcedatur enī viā, quæ ab Euphratis traiectu p̄ Hierapolī est, ad Tigrim, & inde per Garameos Assyrię, et Medię, in Ecbatanas, et portas Caspias, per Parthiāc̄ in hecatonpylū, incidere, circa parallelū, qui p̄ Rhodū trāsit. Nā ille secundū ipsum etiā per dictas scribitur regiones, viā tñ, quæ ab Hecatonpylo in Hyrcaniā ciuitatē dicit, ad septētrionē dēdare necesse est, quū Hyrcania ciuitas, q̄dam modo in medio posita sit parallelī, qui per Smyrnam, & eius qui p̄ Helleponsum est. Quapropter is qui Smyrnam transit, super ipsam Hyrcanię regionē scribendus est, qui vero per Helleponsum, p̄ partes australes maris Hyrcani, quæ parū septētrionaliorēs sunt, q̄z eiusdem nominis ciuitas. Rursus via, ab hac, in Margianā Antiochiā, per Ariam, primo quidē ab Aria, quæ sub eodem parallelō sita est, qui per Caspias transit portas, ad meridiē declinat. Inde ad Arctos, quum Antiochia illa, collocata sit sub parallelō, qui p̄ Helleponsum transit, a qua, via quæ ad Bačtra dicit, protēdit ad ortū, quæ vero inde sequiū ad ascensum regionis montanę Comedorū, ad septētriones. At illa, q̄ per montana ipsa est, vsc̄ ad vallē quæ cāpestria excipit, ad meridiē tendit. Siquidē Borealia & occidentaliſſima montanę regionis, vbi est ascensus, sub eo parallelō ponit, qui per Byzantium transit. Australia aut, & quæ ad ortū vergit, sub eo qui p̄ Helleponsum. Quapropter illā tradit reciprocā esse, ita ut modo ad ortum vergat, mox & ad austrū. Inde viam, quæ ad turri vsc̄ est lapidea Schoenorū quinquaginta ad arctos deciinare par est. Etenī vallē inquit ascēdētes lapidea excipit turris, a qua

montes qui ad ortū tendunt, monti cōiungit Imao, q̄ a Palimbrotis insurgit ad arctū, Si igitur partibus sexaginta, quæ ex viginti quatuor milibus colliguntur stadijs, quot a turri lapidea vsc̄ ad Seras sunt, partes adiiciantur quadraginta quinc̄ & quarta, interstū ab Euphrate ad Seras vsc̄ per Rhodi parallelū partū erit centum quic̄ & quartę vnius. Quinetiā ex ijs quæ ipse per particulārē stadiorū numerum, tanq̄ sub eodē parallelō supponit, colligitur distantia, quæ est a meridiano insularę Fortunatarū, vsc̄ ad Sacrum Hispanię promotoriū, partū esse duarū et semis. Hinc ad Betis ostia, & Calpē vtric̄ pariter partes duas & semissem, quæ vero sequitur ab hostijs Betis Carallini vsc̄ Sardinę, partes esse quinc̄ & viginti. A Carallis aut in Lylybēū Sicilię quatuor semissem, ac inde ad Pachynum tres, rursusq̄ a Pachyno in Tenarū Laconię partes dece. Inde Rhodū octo & quartā, a Rhodo vero ad Issum undecim cū quarta. Ab Isso aut ad Euphratem duas ac semissem, ita, ut tota hæc distantia, partium esse septuaginta duarum colligatur. Longitudo vero totius terre cognitae a meridiano per insulas Fortunatas, vsc̄ ad Seras partium centū septuaginta septem cū quarta vna.

### EODEM EMENDATIO A NAVIGATIONIBVS

## CAPVΓ · XIII.



ROINDE quis talē esse lōgitudinem etiā conjectare posset p̄ interualla, quæ ipse in nauigatione ponit, ab India, vsc̄ ad sinū Sinarū & Catigarorum, si nauigationes secundū sinuationes & irregularitates, necnō positiones consideraret, iuxta appropinquationē adiectionū. Etenim a promotorio, quod post Colchicū est sinū, Coryc̄ vocatur, Argaricū sinum suscipi ait, qui vsc̄ ad Cururā ciuitatē tria milia & quadringenta contineat stadia. Corymc̄ Cururę ciuitatē, quasi a borea sitā esse. Colligitur ergo transfretationem hanc, si tertia pars iuxta consequens Gāgetici sinus fuerit subducta, duorū miliū

actriginta fere stadiorū, vna cum cursus in equalitate existere, a quibus si continuitatis gratia iterū pars tertia dempta fuerit, stadia mille trecenta ac quinquaginta ferme deprehendentur, iuxta positionē ad Boreā, quod spaciū si ad parallelā æquinoctialis lineam, et tanç ad Apeliotē traductū fuerit, per diminutionē medietatis congruenter intercepto angulo, distantiā, q̄ inter duos meridianos est habebimus, et eius que per Cory promotoriū, et que per Cururam est ciuitatē, stadiorum quidē sexcentorū septuaginta quinqz, partis vero vnius fere cū tertia, ppterēa q̄ parallelē per loca hēc nil nota dignū a maximo differat circulo. Rursus nauigatio a Curura ciuitate inquit, ad hybernū solis est ortum, Paluras vscp, stadiorū nouē milium quadrigenitorū quinquaginta, a quibus si ob cursus irregularitatē tertia illā pariter detraxerimus partē, distantiā, quae ex cōtinuitate cōflatur, et quasi versus Eurū tendit habebimus, stadiorū fere sexmiliū trecentorū. Porro si ab his quoq; sextā dēpserimus partē, vt distanția ad lineā parallelā æquinoctialis redigat, meridianorū quoq; horū distanciā inueniemus, stadiorū esse quinq; miliū ducentorū quiuaginta, partiū yō decē & semi s. Inde vero sinū Gangeticū esse ponit, stadiorū decē & nouē miliiū, enauigationē vero illorū, a Paluris ad Sadā milia tredecī, quasi ad ortum eqnoctialē. Quapropter tertia tñ pars spaciū huius, propter nauigationis irregularitatē detrahenda est, ita vt & horū meridianoruū distantia esse reliquatur, stadiorum octo miliiū sexcentorū septuaginta, partiū vero decē et septē cū tertia vna, reliqua yō nauigationē a Sadā vscp ad ciuitatē Tamalā, stadiorū esse facit triū miliiū ac quingentorū, quasi ad ortū hybernū, a quib' si iterū tertia deduxerimus partē habebim' cursus cōtinui, stadia duo milia trecenta trigita, q̄ si ob inclinatio nē ad Eurū sextam etiā dempserimus partē, expositorū quoq; meridianorū inueniemus distantiā, stadiorū esse mille noningentorū et quadraginta, partiū vero trium fere necnō semis & tertiq. Deinde transsūtationē a Tamala, ad Chersonesū aureā, stadiorū esse ponit, mille sexcentorū quasi rursus ad ortū hybernū, ita vt si ibi quoq; similes auferantur partes, reliquatur distanciā meridianorum stadiorū esse noningētorū, partis yō vnius, cū quītis quatuor, distātia autē, que a Cory pmōtorio, ad aureā vscp est Chersonesum,

ptiū esse colliga t̄rigita cū quintis quatuor.

### DE NAVIGATIONE A CHERSO neso aurea ad Cattigara

## CAPVT XIII




AETERVM stadiorum numerum eius nauigationis, q̄ est ab aurea Chersoneso ad Cattigara, Marinus haud explicat, refert autē Ale xandriū scripsisse ter rā inde cōtrariam esse meridie, & qui iuxta illā nauigant diebus viginti applicare ad ciuitatē Zabas. A Zabis vero nauigantes ad austrum, magiscp in leuam, diebus aliquot, Cattigara excipere, ad auget igitur distantiā expositam, dies aliquot pro multis excipiēs. Nā propter multitudinem inquit, eos haud esse cōprehensos numero, quod ego qđem ridiculū censeo, quis enī dierē numerus infinitus erit: etiā si totius terre pigratē ambitū cōtineat, aut quid prohibeat, Alexādrū pro quibusdā dicere multos. Quēadmodū Di scorū retulisse inq̄t, nauigationē a Raptis ad Prassum multorū esse dierū, atq̄ rationabilē est, vt quis dies aliqt pro paucis intelligat, nam talē dicendi modū reprehendere cōsueimus, verū ne & nos quoq; multitudinē aliquā propositā, ad simplices tantū cōiecturas adaptare videamur, assumamus nauigationē a Chersoneso aurea, vscp ad Cattigaras, ex viginti diebus qui ad Zabā, necnō ex alijs quibusdā qui ad Cattigara sunt cōpositā, quēadmodū & nauigatio illa ab Aromatis ad Prassum promōtoriū, que & ipsa ex pari dierū numero viginti, ad Raptā cōposita est secundū Theophilū, & ex alijs multis, q̄ secundū Dioscorū sunt ad Prassum, vt et Marinū pariter imitemur, qui dies aliquot cōparat multis. Postq; igit p c r̄tas rationes necnō ex apparētibus ipsis ostendimus Prassum esse sub parallelo, qui ab æquinoctiali abest, meridiē versus, partibus sedecim tertia vna & duodecima, parallelusq; qui per Aromata transit, ab æquinoctiali, versus septētriones pribus distet quatuor & quarta, ita vt si tota distātia, q̄ ab Aromatis est ad Prassum in vnu cōtrahatur, partiū viginti & tertiarū

duarū esse colligatur, forsitan non inepte totidem ab aurea Chersoneso, ad Zabas ponemus, ac inde ad Cattigarā. Porro distantia, quae est ab Chersoneso aurea, ad Zabas, immi-  
nuere haud oportet, quoniam equinoctiali parallela existit, & quia regio intermedia, meridiano extenditur contraria, at etiā distan-  
tiā, qua est a Zabis ad Cattigarā, quia nauigatio vergit ad austrū & ad ortū, contrahere decet, ut positionē, q̄ equinoctiali est parallela capiamus, si itaq̄ dimidium partū, vtricq̄ attribuamus distantiae, ppter incertū eorum excessum, & a partibus, quae a Zabis ad Cat-  
tigara sunt decē ȝ iterū tertīā illam, propter inclinationē detraxerimus, habebimus distā-  
tiā quoq̄ ab aurea Chersoneso ad Catti-  
garā, positionē sua, quasi equinoctiali paral-  
lelā, partū decē et septem, cum sexta quasi, at  
qui i ostensum est, distantia a Cory promō-  
torio, vscq̄ ad aureā Chersonesum, partium  
esse triginta quatuor & quatuor quintoru-  
m, tota igitur distantia, q̄ est a Cory Cattigarā  
vscq̄, partū ferme quinquagīta duarum esse  
colligitur, verū meridianus, qui et p Indi flu-  
minis principia, paulo secundū Marinū oc-  
cidentalior est boreali Taprobanes pmon-  
to, quod ex opposito Cory situm est, at Ta-  
probane distat a meridiano, qui p Betys flu-  
minis est ostia, horarijs interstitijs octo, par-  
tibus vero centū viginti, meridianus ȝo ille  
qui per Betys transit ostia, ab eo qui p For-  
tunatas est insulas, partibus quicq̄, ita ut me-  
ridianus per Cory, a Fortunatis distet insul-  
paulo plus partibus centū viginti quicq̄, qui  
vero p Cattigarā ab eo, qui per Fortunatas  
transit insulas ad illud idē promotoriu-  
pau-  
lo plus partibus centū septuagīta septē, secun-  
dū eandē ferme distantia, partū, q̄ per Rho-  
diensem colligunt parallelu. Sed supponatur  
totā longitudinē vscq̄ ad Sinarū metropo-  
lim, partū esse integrorū centum octuagīta,  
horarū vero duodeci, quoniam omnes conser-  
tiunt eam Cattigaris orientaliorē esse, colli-  
gentur per Rhodiensem longitudinem sta-  
dia septuaginta duo milia ferme.

DE IIS, QVAE IN PARTICVLAS  
ri expositione Marini dissentiant.

CAPVT. XV.



GI TVR distantias vniuersaliter in tñ cō-  
traxim, et lōgitudinis ad ortū, & latitudinis  
ad meridiē, ppter cau-  
sas expositas. Ceterū et  
particulariter ciuitatū  
positiones multoties  
emendatione dignas putamus, in quib⁹  
pugnantes, aut non consequentes expositi-  
ones fecit, propter cōpositiones diffusas et va-  
rias, diuersis editas cōmentarijs, quē admo-  
dū in ijs, quae opposita esse credidit. Nā Tar-  
raconē ait ex opposito Iuliæ Celsarij sitā esse,  
meridianum p hanc & mōtes Pyreneos scri-  
bēs, qui tñ non parum Tarracone sunt oriē-  
tiores, Pachynūc⁹ Lepti magne, at Theg-  
nis Himerā opponit, distātia a Pachyno ad  
Himerā quasi stadiorū quadrigētorū, colle-  
cta, ea ȝo q̄ a Lepti ad Thegas est, sup mille  
quīgentorū, quē admodum ex ijs patet, quae  
Timosthenes scribit, rursusq̄ Tergestū Ra-  
uenē opponi ingt, & ab intimo sinu Adriæ  
qui iuxta Tiliavemptū est fluuum, Ter-  
gestum abesse versus ortum estiū stadia qua-  
dringenta, Rauenā vero ad hybernū ortum  
stadijs mille, Similiter Chælidonæas refert  
Canobo oppositas esse, Acamatac⁹ Papho,  
Paphum aut Sebennito, verum distantia, q̄  
ab ipso, a Chælidoneis in Achamantā mille  
stadiorū, necnō quae a Canobo in Seben-  
num, a Timosthene ducentorum nonagīta  
esse ponit, si sub eisdē iaceret meridianis,  
longe maior esse deberet, quoniam maioris pa-  
ralleli subtendit circūferentia. Rursus Pisam  
a Rauena Libonotum versus distare ait, sta-  
dijs septuagītis, p diuisionem tñ climatum,  
necnō horarioꝝ interuallorū, Pisam quidē  
in tertio interstitio horario ponit. Rauenam  
vero in quarto, quī & quū Nouimagium  
Britānia australius esse dicit miliarib⁹ quin  
quaginta nouē. Borealius tñ p clima ostē  
dit, Athum quoq̄ ordinans sub parallelo,  
qui p Hellespontum transit, Amphipolī tñ  
et loca circūiecta, super Athum & Strymo-  
nis ostia sita, in quarto climate, ac infra Hel-  
lespontum ponit, similiter quū Thracia fere  
tota sub parallelo qui per Byzantium trāsit  
posita sit, vniuersas tñ ciuitates eius mediter-  
raneas, in climate qđ supra hunc parallelum  
est cōstituit. Quinetā Trapezuntē inquit,  
statuemus sub parallelo qui p Byzantium

B:

transit, Sataliaq; Armeniae ostendens a Trapezunta abesse, meridiē versus, miliaribus sexaginta, secundū tñ parallelorū descriptio nē, cum, qui per Byzantiū transit, per Satalia, & non p Trapezuntē ducit. Sed & Nilū fluuiū se veritati consonū, descripturū ingt, ex quo primū a meridie ad arctos vsc; Merōe accedere videtur, pariter & Aromatū navigationē, ad paludes, ex quibus Nilus fluit. Aparctia perfici, veruntamē Aromata orientaliora sunt q; Meroe. Nā & Ptolemais fera rū orientalior est, q; Meroe et Nilus, decem dierū itinere aut duodecim. Ptolemaide aut orientaliores existunt angustiae Adulici sinus, quæ sunt iuxta Ocale Chersonesum & Dyren stadijs tribus milibus quīgentis, illis vero adhuc orientalius est magnorum Aromatū promotoriū, stadijs quinq; milibus.

QVOD EVM LATVERE QVAE  
dam in prouinciarum terminationibus


## CAPVT · XVI ·



VINETIAM circa regionū fines quædā eū latus, quēadmodū quū totam Mysią ab ortu, mari terminat pontico. Thraciā yō ab occasu Mysia superiori. Quin & Italiam a septētrionibus solū Rhæcia finit, ac Norico, sed & Panthoniā a meridie sola Dalmacia, & nō etiā Italia terminari scribit. Sogdianos pterea mediterraneos, & Saccas, a meridie Indiē conterminos esse, duos insuper parallelos, et eū qui per Helleponitū transit, et qui p Byzantiū, suntq; Imao monte, qui in India septentrionalissimus est Borealiores, nequaq; per dictas scribit gentes, sed potius illum, qui per medium ponti transit.

IN QVIBVS IPS E DISSENTIT  
AB IIS, QVAE NOSTRO  
æuo historijs sunt prodita

## CAPVT · XVII ·



N HIS igitur & tali bus, minus sibi ipsi Marinus cōstitit, siue ob multitudinē & diversitatē cōpositionū, siue quia nondū etiā in vlt̄ia editione, velut ipse dicit, ad tabule descriptionē peruenierit, p quā solum climatū, et horariorū interstitionū rectificationē face reportuisset. Quēdā vero ne nunc quidē presentibus coriueniūt relationib; velut Sachalitis sinus, ab occasu Syagri promontorij ab ipso positus. Siquidē omnes plane, qui per loca hęc nauigarūt vnamiter nobis astipulātur, ab ortu Syagri Sachalitē Arabię regiōnē esse, ac eiusdē nominis sinū. Rursusq; Simylla Indiē Emporiū, non solū Mareo promotorio occidentalius ab ipso positū est, sed etiā fluminē Irido, quū solum fluuij ostijs, meridionalius esse prohibetur, etiā ab ijs, qui hinc illac nauigarunt, et qui multo tēpore in locis illis versati sunt, necnon ab ijs etiā, qui illinc ad nos applicuere, vocariq; ab indigenis aiunt Timula, a quibus & alia circa Indiam, & eius prouincias, particularius didicimus, etiā regionis illius interiora, vsc; ad australē Chersonesum, ac inde ad Cattigara vsc;. Siquidē in hoc cōcordat, nauigationē eoru, qui illac tendunt, ad solis ortū esse, rursusq; inde redeuntium, ad occasum, pariterq; consentiunt, nauigationis tempus irregulare & inordinatū existere. Quodq; vltra Sinas, Se rū iaceat regio, & Metropolis, ac q; his orientaliora, terra sit incognita, stagia habens paludosa, in quibus calami nascunt magni, & ita cōpacti, vt homines illi, cū ijs transfretare soleant. Et q; nō solū inde ad Bactra iter sit per turrim lapideā, sed et in Indiā quoq; per Palimbothra, via aut, q; a Sinarū Metropoli ad portū est Cattigara, occasum versus & meridiē teredit, quapropter nequaq; in eū cadit meridianū, qui p Sinas est & Cattigara, vt Marinus refert, sed in aliquē, qui orientalior existit. Porro & a mercatoribus, qui ab Arabia foelici, ad Aromata & Azaniā, nec nō Raptā nauigāt (que cuncta pprie Barbaria vocantur) certiores reddunt, nauigationē illā nō exacte ad meridiē esse, sed hanc quidē ad occasum & meridiē, ea vero transfretatio quę a Raptis ad Prassum est, ad ortū & meridiē. Paludes quoq; ex quib; Nilus fluit,

non esse iuxta mare, sed multo interiores, ordinēq; a littore Aromatū, et a Sinis ad Raptū promontoriū, aliū esse q; Marinus retulerit, ex nauigatione quoq; ibi, diei vnius ac noctis, nō multa colligi stadia, ob mutatio- nē ventorū sub equinoctiali velocem, sed ad summū stadia quadringenta aut quingen- ta. Primū aut sinum contiguū esse Aroma- tis, in quo post vnius diei iter ab Aromatis Pano esse vicū, Oponēq; Emporium a vico distare, itinere dierum sex, post hoc quoq; Emporū, aliū coniungi sinum, principium Azanī, in cuius principio, Zingina esse pro- montoriū, et Phalangida montē tricipitem, solūq; Sinū hunc vocari Apocota, q duob; transfretari possit diebus et noctibus, postea paruū sequi litus, in trāsitu distantiar; triū, et aliud quoq; quod Magnū litus appellat, distantiarū quinq; que distantiae ambo pa- riter diebus et noctibus quatuor enauigari possint, his quoq; coniungi aliū Sinū, in q Emporū sit, qd vocatur Essina, post nau- gationē dierū duorū et noctiū. Inde Serapio- nis portū, nauigatione diei vnius, postea Si- nū auspicari, qui ad Raptū ducit, triū dierum et noctiū transfretationē habentē, iuxta cui principia Emporū esse, quod vocatur Nici, apud Raptū vero pmotoriū, fluuiū Raptū, ac Metropolim nominis eiusdē, parū dista- tē a mari, qd yō a Raptis ad Prassum vīcō est promontoriū, sinum esse maximum, nō tamē profundum, circum quem Barbari habitent Antropophagi.

QVAM SINT INVILES MARI- ni cōpositiones ad designationem orbis

## CAPVT. XVIII.



VAE igitur cognitio- nē aliquam, ab ipsa hi- storia cōsequi debeat, hucusq; ānotata sint, verūtamē ne qbusdā contentionē potius q; emēdationē suscepisse videamur, singula no- bis per enarrationē particularem manifesta erunt, nunc vero restat, vt ea q; ad descriptio- nis pertinent aggressionē, cōsideremus. Pro- inde quū duplex illius sit modus. Primus

qui orbis dispositionē in parte sphericæ su- perficie designat. Secundus vero qui in pla- no, ambobus cōmuniis est, operis propositi facilitas, hoc est, vt ostēdatur, quonā modo, etiā si nullum propositū sit exemplar, ex sola ea que per cōmentaria traditur doctrina, de- scriptionē, quantū fieri potest cōmodissime facere possimus, etenim traductio assidua a prioribus exēplaribus ad posteriora, ppter variationē paruā, mutationes admodū dissimiles in rem hāc egregiā inducere solet, mo- dus yō ille, qui p cōmentaria traditur, si nō sufficiens ad demonstrationem expositionis esse cōtingit, impossibile erit ijs, qui exēplari carent, rite consequi propositū. Quod et nūc q; plurimis euenisce videmus, in tabula, quā Marinus cōposuit, quū enī exemplaria vlti- me eius editionis assequi nequivere, sed so- lū ex cōmentarijs rem ruditer & quasi p cō- iecturā aggressi sunt, in plurimis q; confesse sunt collectionis errauerūt, propter ineptitu- dinē & confusionē institutionis, quēadmo- dū vnicuiq; experto cōsiderare licet. Quum enī ad singula loca designanda, necesse sit, & lōgitudinis & latitudinis positionē habere, ei qui illa debito ordine collocare velit, nō ta- men confessi quis eā in cōpositionib; inue- niet, sed separati, hic enī latitudines tñ dep- hendet, veluti in positione parallelorū, alibi, aut longitudines solū, quēadmodū in meri- dianor; designatione, vt plurimū tñ vtraq; hec in eisdē cōmentarijs haud inueniet, sed in alijs quidē parallelī describuntur, in alijs vero meridiani, ita vt tales in positionibus semp alterius ope indigeant, penitusq; ad cō- siderationē, quo loco cōstituenda sint singu- la, omniū opus sit euolutione cōmētiorē, quoniā in omnibus aliter de eisdē dicit. Et si non inquirimus, que secundum quālibet specie, de eodē exposita sunt loco, illa nos la- tebunt, aberrabimusq; in multis, quib; ve- ra obseruatio cōtingere deberet. Proinde in ciuitatū dispositione, littorales aīquis facilis describere posset, si penitus ordinē quen- dā in ipsis obseruaret, meriditerranas vero non ita, quū nulla adhuc habitudo, siue in- ter ipsas inuicem, siue ad littorales illas sit si- gnata, p̄terq; in paucis, in quibus euenisce, vt nōnunq; longitudinis meta, aliquando vero latitudinis locus sit definitus.

DE COMMODITATE ENARRATIONIS NOSTRAE AD DESIGNATIONEM ORBIS.

CAPVT XIX.



VAPROPTER duplice nos laborem suscipimus. Primū ut viri opinionē per totā obseruemus cōpositionē, præterq; in ijs qbus rectificatio quę dā cōtigit. Deinde ut ea quę ab ipso manifesta non sunt facta, per historias moderniores, vel ordinē tabularū magis accuratarū q̄ commodissime aperiremus, q̄ descriptio debitū suū assēqui posset decorē. Quinetā facilitatis modi gessimus curā. Nā sup oēs p̄uincias singulatī p̄prias circūscriptiones, q̄lesq; tā secundū longitudinē, q̄ latitudinē positiones habeāt, diligēter ordinauimus, ac insup potissimārū gentiū, q̄ in illis degunt, adiuicē habitudines, necnō insigniorū vrbiū, ac fluminū, sinūq; et mōtium, ac aliorū, que in orbis tabulā incidere possunt, exactas distantias, hoc est, quot distantia partibus, qualiū est circulus maximus trecentarū sexaginta, secundū longitudinem quidē, meridianus per locū descriptus, ab eo qui occidentale finem terminat sup equinoctiali. Secundū latitudinē vero, per eundem locū scriptus parallelus ab equinoctiali sup meridianō, sicuti confessim vniuersitatisq; loci positionē cognoscere poterimus, necnō p̄ diligentia locorū particulariū, p̄uinciarū etiā inter se habitudinē ac totū dñicq; orbē.

DE MENSVRATIONE INCONCINNA TA BVLAE GEOGRAPHICÆ Marino compositæ,

CAPVT XX.



TRAQVE autē designatio p̄priū quid habet. Nā descriptio in sphera sienda, ex semet ipsa similitudinē retinet figure terrae, nulliusq; alterius ad opus hoc, indiget artificio,

non facile tñ magnitudinē prebet, q̄ suscipere possit multa, quę necessario suo collocanda sunt loco, neq; descriptionē, vt vnico momento cerni valeat, toti figuræ adaptare posst, sed alterū ad alterius designationē trans ferre necesse existit, hoc est, aut visum, aut sphērā, quorū neutrū descriptioni, quæ in plano fit accidit, sed modū quendā ad similitudinē sphēricē imaginis inquirit, vt distātias, quę in ea statuendē sunt, q̄ maxime cōmensuratas faciat, ac secundū eam apparentiam, quæ cū vera conueniat, quod Marinus scientiæ haud quaq; fortuite esse censuit, penitusq; omnes descriptionū planarum modos reprehendit, nihilominus tñ eo ipse usus esse videt, qui ex omnibus minime cōmensuratas faciat distantias, nā pro cunctis circuitorū, necnon parallelorū & meridianorum lineis, rectas substituit, ac etiā meridianorum exquidistantes inuicē, similes parallelis, solū aut parallelū qui per Rhodium est, obseruat meridiano cōmensuratum, secundū, similiū in sphera circūferentiarum sequiquartā fere rationē, circuli magni ad parallelū, qui ab equinoctiali distat partibus triginta sex. Aliorum autē nullā curam gessisse videtur, neq; symetriæ neq; sphēricæ designationis gratia. Primū enī constituto visu, ad mediū borealis quadrantis sphēræ, in quo maxima pars orbis describitur, meridiani rectarū lineārū imaginationē p̄bere possunt, quū vnuquisq; ex revolutione contrarius statuitur, caditq; planū ipsius, p̄ verticē visus, verum non ita paralleli, ppter abscessum poli borealis. Circulorū aut segmenta, manifeste ostendunt cōnexiōtates suas ad meridiē cōuertere, præterea q̄uis secundum veritatē pariter & imaginationē ijdem meridiani similes quidem, inēquales tñ circūferentias in parallelis secundū magnitudinē differentibus, intercipient, ac semper maiores, in ijs, qui æquinoctiali sunt proximiores. Marinus tamē omnes facit æquales, distantias autē climatum, quę borealiora sunt, q̄ parallelus, qui p̄ Rhodium transit, plusq; veritas patiatur extendit. Eas vero quę australiores sunt in minus cōtrahit, ita, vt ille iam non amplius stadiorū numero, qui ab ipso positus est congruant, sed sub equinoctiali quinta potissimum eorum parte deficiant, quota & parallelus, qui per Rhodium est deficit ab equinoctiali, distantias autē, quę sunt sub parallelo, qui per

Thylem transit, quadruplici sua quinta adauget, quot et parallelus per Rhodū excellit, illum, qui per Thylē transit. Parallelus enī qui per Rhodū scribitur, ab equinoctiali distat partibus triginta sex, taliū fere est nonaginta trium, qualiū æqui noctialis vel meridianus centū & quindecim, qui yō ab equinoctiali distat partibus sexaginta tribus, scribiturq; per Thylem, prædictarū equinoctialis aut meridiani partium est quinquaginta duarum.

QVAENAM OBSERVANDA  
sint in designatione fienda in plano.


## CAPVT XXI



VAPROPTER bene ob hęc erit, vt lineę que p meridianis poscentur recte serueretur, que yō pro parallelis, vt i circulorū segmētis per vñū & idē cencrum scribātur, a quo per suppositum borealē polum meridionales rectas ducere oportebit, quo pr̄ omnibꝫ si militudo secundū habitudinem ipsam, & forma sphērię seruetur superficie, ita tamē, vt meridiani absq; declinatione ad parallelos remaneant, ac etiā in cōmunem illū polum coincidāt. Ceterum quū possibile haud sit, vt per omnes parallelos prop̄atio serueratur ad sphērā, satis erit vt hoc in eo, qui per Thylem est, ac in æquinoctiali obseruetur, quo latera, que latitudinē secundū nos complectuntur, veris fiant cōmensurabilia. Qui vero per Rhodum scribitur, super quo in distantijs longitudinis plurime factę sunt iadagationes, per diuisionem proportionis ad meridianum, veluti Marinus facit, designari debet, hoc est, iuxta sesquiquartā fere, similiū circūferentiā rationem, quo magis nota orbis longitudo recte cum latitudinis mensura conueniat, huius yō instructionis modū dīceps manifestum reddemus, quū exponemus, quo pacto in sphēra descriptio fieri debeat.

QUALITER OPORETE A TOR  
bem in sphera describere.

## CAPVT XXII



AGNITVDINem igit̄ sphērā, aut multitudinem locorum designandorū, inuentio preparantis discernit, quo firmitudinē habeat simul & decorē, quāto enim hęc plus augetur, tanto etiam descriptio, sincerior pariter & manifestior fieri poterit. Quantacūq; igit̄ fuerit, poli ipsius sumantur, accurateq; eis semicirculū adaptēmus, qui parum et nisi tantū a superficie distet, vt illā in reuolutione non atterat. Semicirculus vero tenuis sit, ne multa obumbret loca. Alterū vero latus exāmussim per ipsa signa, que per polos transeunt, habeat extensum, vt per illud meridianos scribamus, quod & in centum octuaginta diuidemus p̄ticulas, numerosq; assignabimus, a media, & quę per æquinoctialē futura erit sectione, initiu facientes. Similiter & æquinoctialē desribent̄, alterū illius semicirculū in equas centum & octuaginta diuidemus p̄tes, huiuscq; numeri principiū, ab illius fine inchoabimus, per quę & occidentalissimū describemus meridianum. Descriptionē aut̄ lōgitudinis et latitudinis, ex cōmentarijs, in quibus annotatę sunt partes, secundū vnumquęq; locum signatū faciemus, necnon a diuisionibus semicirculōrū æquinoctialē, & mobilis meridiani, hūcq; ad ostensam logitudinis partē circūferem̄, hoc est, ad numerū qui æquinoctialis continet sectionē, latitudinis vero distantia, ab equinoctiali, ex ipsa meridiani diuisione sumemus, & iuxta numerū ostensum, signationē ponem⁹ eodē modo, q̄ et in locatione stellarū sup sphērā solidā. Similiter & meridianos scribere licebit, p̄ tot longitudinis partes, q̄t voluerimus, pro norma vntes latere circuli diuisi. Parallelos aut̄ p̄ tot partes scribere poterimus, quot distantiarē erit cōmensuratio, si signum illud, quod eos describit, numero peculiarē distantia lateris signanti, apponamus, circūferamusq; cū ipso circulo, vscq; ad meridianos, qui terminos cognitae telluris segregant.

EXPOSITIO MERIDIANORVM  
ET PARALLELORVM QUI  
descriptioni sunt apponendi.

CAPV T. XXIII




**D**EO INDE isti interstitia horaria complectentur duodecim, demonstratis consequenter. Scribatur autem parallelus, qui australiorem terminat plagam, ut tantum distet ab aequinoctiali, meridiem versus, quantum parallelus per Meroem versus septentriones. Ceterum meridianos per tertiam partem unius horae aequinoctialis scribi debere, commensurabile nobis visum fuit, hoc est quod particulas quinque earum, quae in equinoctiali comprehensa sunt, parallelos autem qui aequinoctiali sunt borealiores ita. Primum quidem, ut ab ipso per quartam unius horae differat, ac secundum meridianum, quemadmodum demonstrationes lineares fere subjiciunt, partibus distet quatuor et  $\frac{1}{4}$ . Secundum ut per dimidium horae unius differat, pariterque distet partibus octo  $\frac{1}{2}$ . Tertium ut per horam dimidiem et quartam horae unius differat, partibus vero distet duodecim semisse. Quartum ut per horam differat unam, distetque partibus sedecim  $\frac{1}{2}$ , scriptumque per Meroem. Quintum ut differat per horam unam et quartam, ac distet partibus viginti quarta una. Sextum vero et sub eiusdem tropico, ut per horam unam et dimidiem differat, distetque partibus 23. dimidia et tercia, scriptumque per Syene. Septimum ut hora una ac dimidia necnon quarta differat, ac partibus distet 27  $\frac{1}{4}$ . Octauum ut horis differat duabus, distet vero partibus 30. cum tercia. Nonum vero ut differat horis duabus cum quarta, distetque partibus 33, et tercia. Decimum ut horis duabus et dimidia differat, ac distet partibus 36  $\frac{1}{2}$ . Scriptumque per Rhodum. Undecimum ut differat horis duabus cum dimidia et quarta, distetque partibus 38. cum dimidia ac duodecima. Duodecimum ut horis differat tribus, ac distet partibus 40. dimidia tercia et duodecima.

Decimum tertium ut differat horis tribus cum quarta, distetque partibus 43, et duodecima. Decimum quartum vero ut differat per horas tres cum dimidia, ac partibus distet 45. Decimum quintum ut horis differat quatuor distetque partibus 48. dimidia &  $\frac{1}{2}$ . Decimum sextum ut differat horis quatuor et dimidia ac distet partibus 51  $\frac{1}{2}$ . Decimum septimum ut quinque differat horis, distetque partibus 54. Decimum octauum ut differat horis quinque cum dimidia, ac distet partibus 56  $\frac{1}{2}$ . Decimum nonum ut sex differat horis, distetque partibus 58. Vigesimum vero ut horis differat septem, ac distet partibus 61. Vigesimum primum ut per octo differat horas, distetque gradibus 65, ac scriptum per Thylem. Scribetur & aliis ad meridiem ab aequinoctiali, qui horae dimidiis continet differentiam, qui & per Raptum promontorium & Cattigara transibit, loca oppositione sua fere aequalia, ac distet ab aequinoctiali partibus octo  $\frac{1}{2}$ .


MODVS PER QVEM ORBIS IN PLANO ITA DESCRIPTI POSSIT  
ut commensuratione similis sit positioni sphaericæ.

CAPV T. XXIII.



N DESCRIPTIO ne vero que in tabula fit, modus Symetriæ precipuorum parallelorum, talis nobis erit. Preparabimus tabulam parallelogramam rectangularam, veluti est A.B.C.D. habeatque latus A.B. duplum fere quam A.C. supponaturque recta. A.B. secundum positionem superiorē, que in descriptione versus partes erit boreales, deinde dividemus A.B. bifariā, & ad rectos angulos lineæ recte. E.F. normam illi commensurata, & rectam adaptabimus, ita, ut linea media E.F. sua longitudine, sub una rectitudine, vscque ad E.G. protrahatur, sumamusque ab ipso E.vscque ad G. triginta quatuor partes tales,


